

honore ac frequentia populorum tam
 Clericorum quam laicorum in medio ec-
 clesie in leva parte ante altare ^{sancte} Crucis
 terre commendatur. Defuncto itaque
 Lodovico ^{terro} secundo Lantgravio, qui
 fuit tertius nomine et quartus in ordi-
 ne, filius ejus Lodovicus dictus Pius liben-
 ter scivisset de anima patris sui, quod
 audions miles unus in aula principis,
 qui cum esset pauper, habuit fratrem
 Clericum Agromanticum. Cui miles:
 Prater care, sciscitare a diabolo de ani-
 ma Lantgravii; qui acquiescens fratri,
 vocavit diabolum per carmina, di-
 cens ei: *Tu dica mihi, Abeco, ubi sit*
anima Domini mei Lantgravii. Cui
demon; si vis mecum pergere, ego ti-
bi illam ostendam. Et ille libenter
eam utique viderem, si sine periculo
possem. Cui demon: Turo tibi per al-
atis sinum, et per ejus tremendum judi-
cium, quod si te fidei mee commise-
ris, incolumem te illuc ducam et redu-
cam. His dictis Clericus collum de-
monis ascendit, quem infra breve tem-
pus ante portam inferi deposuit, ubi
nimis horrenda, diversarumque pena-
rum genera vidit; unde contremuit.
 Quem inclamans alius demon, dixit:
 Quis est ille, quem tenes in collo, duc-
 eum huc. Cui ille amicus noster est,
 perjuravi, quod eum non lederem, sed
 animam Lantgravii ei ostenderem.